UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

In Acta Apospolorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-79869

Visual Library

εἴρηται τῶν ψωμίων] Lege, ἕνεκα ψωμίου, vel περὶ τοῦ ψωμίου, vel quid ſimile.

P. 412. ἀλλὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἅψῃ.] Duo loca confudit pro more ſuo Origenes, Job. I, 12. & 2, 6.

P. 414. ἐπὶ τοῦ περί τισι τῶν ἐλλογίμων μέσου πράγματος.] Ii erant Stoici. Locus eſt inſignis apud Laërtium in Zenone: τῶν δὲ ὄντων φασὶ τὰ μὲν, ἀγαθὰ εἶναι. τὰ δὲ, κακά. τὰ δὲ οὐδέτερα· ἀγαθὰ μὲν οὖν, τάς τε ἀρετὰς, φρόνησιν, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, σωφροσύνην, καὶ τὰ λοιπά. κακὰ δὲ, τὰ ἐναντία, ἀφροσύνην, ἀδικίαν, καὶ τὰ λοιπά. οὐδέτερα δὲ, ὅσα μήτε ὠφελεῖ, μήτε βλάπτει· οἷον ζωὴ, ὑγεία, ἡδονὴ, κάλλος, ἰσχὺς, πλοῦτος, δόξα, εὐγένεια, καὶ τὰ τούτοις ἐναντία, &c. *Eorum autem quæ ſunt, ajunt alia bona, mala alia, alia neutra. Bona quidem virtutes eſſe, prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, temperantiam, & cætera id genus: mala vero his oppoſita, vitia, imprudentiam, injuſtitiam, & cætera: neutra vero, quæ neque proſunt, neque obſunt, ut eſt vita, ſanitas, pulchritudo, voluptas, vires, opes, gloria, nobilitas; & quæ eis oppoſita ſunt*, &c.

καθὸ ὁρίζονται εἶναι δόξαν, &c] Cicero 2. Tuſcul. *Gloria eſt ſolida quædam res, & expreſſa, ea eſt conſentiens laus bonorum; incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute.* Seneca Ep. 102. *Gloriam quoque latius fuſam intelligo: conſenſum enim multorum exigit.* Item: *Gloria multorum judiciis conſtat, claritas bonorum.* Quintilianus: *Conſentiens laus bonorum, gloria appellatur.*

P. 415. γινώσκων τὸν πατέρα, &c.) Adi Obſervationes noſtras ſupra ad p. 392. in Joh.

ὅπερ καὶ αὐτὸ οὐ μακρὰν ἀποδεῖ, &c.] Anonymus apud Photium Cod. 117. hoc nomine accuſatum ſcribit Origenem, quod Filium dixerit, non noſcere Patrem ut ſeipſum. Quod ipſum hic videtur ſignificare. Nos rem expendimus in Origenianis.

P. 416. ζητῶ δὲ εἰ ἔνεστι, &c.) Locus ab Interpretibus miris modis vexatus. Hunc ſic expono: *Quæro autem, an poſſit gloria affici Deus, præter gloriam quam habet in Filio, ita ut tradidimus; majori in ſeipſo gloria affectus, cum in ſua ipſius eſt ſpecula, propter ſui cognitionem, & ſui contemplationem, quæ major eſt contemplatione quæ eſt in Filio; ut de Deo talia intelligere par eſt: dicendum eſt perfundi eum ineffabili quadam delectatione, & lætitia, & gaudio, in ſeipſo ſibi placens, & gaudens.*

οὔσῃ μείζονι τῆς ἐν υἱῷ θεωρίας.] Hæc tractamus in Origenianis: cave interim à falſo dogmate.

P. 420. ἐν οἷς ἐξετάσεις εἰ ὁ μετ᾽, &c.] Peſſime hæc Interpretes reddidere. Senſus eſt: *In quibus disquires, an is qui poſt puſillum ipſum viſurus non eſt, ſiquidem poſtea illum viſurus eſt, poſt tempus non longum ipſum omnino viſurus ſit.*

P. 421. κἂν ἁπλούστερον ἐδόκουν μὲν, &c.] Videtur legiſſe Ferrarius: κἂν ἁπλούστερον ἐδοκοῦμεν τοῦτο εἰ-ρῆσθαι, ἀναφερόμενοι, &c. quæ lectio ferri non poteſt.

καὶ μὴ ἀπόστητε ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ, &c. Legebat Ferrarius: καὶ μὴ ἀπόστητε ἀπὸ κυρίου, ἐν τῇ, &c. Perionius autem: καὶ μὴ ἀπόστητε ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ, &c. Pro, αὐτῷ ἀξιώματι, legendum ſuſpicor, αὐτῷ ἀξιώσαντι.

Quæ Libri hujus Interpretationem claudit Ferrarii denuntiatio, qua ſe nihil prorſus immutaſſe profitetur, non uſquequaque veram eſſe deprehendimus; uti obſervatum eſt à Nobis, ad pag. 218. in Ioh. P. 422.

IN ACTA APOSPOLORVM.

ἐν ᾧ ψαλμῷ τὰ περὶ Ἰούδα γέγραπται.] Neque in hoc ſolum Pſalmo, ſed in XL. etiam, & LIV. Judæ nequitia, & crimina produntur.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

Τρίτον ἐστὶν ἰδεῖν τὸ, &c. Fragmentum illud à Rufino Latinitate donatum, cum reliquis Origenis in Epiſtolam ad Romanos Commentariis, in Latinis editionibus reperies, at tam deformatum, & archetypo ſuo tam diſſimile, ut vix agnoſci queat. Ea ſcilicet fuit Rufiniana interpretandi ratio, quemadmodum alibi notavimus; quamque vel ex eo ſpectare poſſis, quod hos viginti Origenis in Epiſtolam ad Romanos Commentariorum libros in decem contraxerit. Hujus autem interpretationis artificem eſſe Rufinum, non ut vulgo exiſtimatur, Hieronymum, alibi ſatis à me probatum eſt. P. 423.

ἐπιλαμβάνονται δὲ τοῦ, &c.] Hic & infra hac pagina Valentinianos pungit his verbis: κἂν πιθανώτατα ἐκράτουν οἱ παρεισάγοντες τὸν περὶ φύσεως ἄτοπον λόγον·

οὐκ ἂν καλέσας, οὓς μὴ προώρισε.] Verte, *iis non vocatis, quos non prædeſtinavit.* Ferrarius videtur legiſſe: εἰ μὴ προώρισε·

οὐ νομιστέον τοίνυν, &c.) Origenes ſupra in Geneſ. pag 8. ἀλλὰ παραδοξότερον, ἀληθὲς δὲ ἐροῦμεν τὸ ἐσόμενον αἴτιον τοῦ τοιάνδε εἶναι τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν. οὐ γὰρ, ἐπεὶ ἔγνωσται γίνεται. ἀλλ᾽ ἐπεὶ γίνεσθαι ἔμελλεν, ἔγνωσται. Vide Obſervationes noſtras in hunc locum.

Φήσομεν ὅτι ἀδιάφορα, &c.] Quæ Deus præ- P. 425.
novit; certo, ſed non neceſſario effectum ſuum conſequuntur, nec arbitrii libertatem imminuunt, eorumque ſunt quæ Contingentia Dialectici appellant. Qui ergo prædeſtinatus eſt à Deo; ex hac hypotheſi & quod ad Deum pertinet, cujus voluntas conſtans eſt, neq; mutationi obnoxia, beatitate fraudari non poteſt: quod ad ipſum autem prędeſtinatum ſpectat, cum libertate arbitrii ſui polleat, mori poteſt peccati reus,

&